

Wf
665



h. b.

I
I



h. 66, 26. 24.

PIA VOTA
In XXX. Natalem



ILLVSTRISSIMI AC CELSISSIMI
PRINCIPIS AC DOMINI,

Dn. IOHANNIS PHILIPPI,
Ducis Saxoniae, Iuliae, Cliviae ac Montium,
Landgravij Thuringiae ac Marchionis Misniae, Co-
mitis de Marca & Ravensberg, Domini
in Ravenstein, &c.

*Faustissima gratulationis & subiectissima
observantiae ergo scripta*



ALTENBURGI,
Excusa à Johanne Meuschken,
Anno

M DC XXVI.





Ubila non rarô D E V S inter nubila
ponit,

Et, cruce sub mediâ, luce beare
solet.

IANE PHILIPPE, satis quod nunc
tua comprobât Aula,

Sub cruce dum tecum, luce decenter orat.

Fleverat extinctum maturô funere nuper

FRIDRICVM, Frater qui tibi dulcis erat.

Quin & adhuc questus miscentur fletibus; Omnes

In votisq; ferunt Hunc superesse Ducem.

At nunc exoptata tibi Conversio Pauli

Natalis lucem quando redire dedit;

Esto meum, precibus pia flectere Numina, crebrô

Lux hæc ut redeat: crux procul omnis eat.

Iubila succedant luci quoq; , nubila cedant,

Pacis & æternæ te Duce crescat honor!

ab

Ægidio Hunnio D.



Natalis radiat dies, refulget

Lux optata pijs, beatius quid?

Nam tutela Deus, salus, redemptor,

Hoc anno fuit heu calamitoso!

A 2


Dum

Dum pressere focos cruenta nostros
Bella, sanguineusque Mars fremebat.
Hinc cædes, cruor, & sagitta mortis,
Hinc gentis lacrymæ, querela, clades,
Dum lues inimica nos premebat,
Morborum agmina multaque imminebant,
Et fames male suada nos manebat.

Dum Princeps cecidit spei celebris,
Princeps magnanimus, bonus, modestus,
Princeps ingenuus, sagax, cribratus,
Flete! nam cecidit columna nobis,
Rutæ Saxonicæ decus, venustas,
Serti qua drivirentis inclytus flos.
Flete vos proceres, genas rigate,
Vos cives gemitu replete tecta.

Grates solvite numini sacrato,
His quod nos rapuit malis periculis,
Dulce tristitiæ dedit levamen,
Natalem quoque Principis videre.
Fausta dicite Principi benigno,
Conclamate DEVM patrem supremum,
Principi que precamini salutem,
Et felix regimen, dies quietos,
Prudens consilium, senectam amœnam:
Nam felix radiat dies, refulget
Lux optata pijs, beatius quid?

Ludovico Schallingo, Concionatore
aulico & Consistorij Assessore.



*Am Lustris Sexti feliciter auspiciat
Annus
Primi Natalis IANEPHILIPPE
tui.*

*O utinam FRIDERICI ille immaturus, & ille
Infelix obitus non calamum excuterent!
Quam vellem longos in Carmina ducere cantus,
Atq; hilari gratos fingere mente sonos!
Iam canerem, ut fuerat tua prima decora juvenus
Flexilis ad quas vis Marte vel arte vices.
Utq; Viro longus Patrum assurrexerit ordo,
Cum Caesar primas jure tibi tribuit.
Ut tibi Saxo favens ille Ensifer acer in omnem
Providus eventum te sibi substituit.
Tunc Deo & nostro devotus Casari in alta
Pace bonum celebres Religionis opus.
Sed FRIDERICVS inest oculis, FRIDERICVS in ipsis
Auribus, inq; animis qui fait, est, & erit.
Ab FRIDERICI obitus, FRIDERICI illa aspera fata
Nil mihi prater suspiria sufficiunt!
At tu Vive Pater Patria, longeq; superstes
His Lustris senis altera junge decem.*

*IANE PHILIPPE diu Vive, ò Vive inclyle Princeps,
Et sospes longà nos rege Pace Pater.
Hostibus eveniat nostris, ut Principe mortuo
Alterius possint sub juga dura trahi.
Nos assueta regant & jura & lenia sceptrà,
Et Leges patrijs cognita in imperijs.
Tunc tibi pro merito grates, tunc pectore ab uno
Dicemus laudes IANE PHILIPPE WAS.
Interea novus hic Natalis in omina fausta
Transeat, atq; in se sapè reflectat iter.*

à
Casparo Facio,
Assessore Consistorij.

Puris Iambis.

IOHANN-PHILIPPE, Dux, Paterq; Pa-
triz,

*Salute maeste plurimâ;
Decentioris imò maeste gaudii
Reciprocationibus!
Die monendus hac enim venis piè,
Et excitandus intimè,
Triplex quòd ante iam decennium tibi
Tuæ parentis abvulò,*

In bocce

In hocce lumen introire sit datum,
Modimperante Numine.
Meum proinde munus exigit, novas
Huic referre gratias,
Inestimabili, nec explicabili
Benignitate quod sua
Tuam per haecenus relapsa tempora
Ubiq; Celsitudinem
Probeq; rexerit, probeq; texerit
Periculis in omnibus.
Et Hanc deinde Numen illud entheum
Sua potente dexterâ
Regatq;, protegatq;: fiat integrum
Quod incipit, quod efficit!
Sit æqua Sors in illius palatii,
Et atriis: repullulet
Paterna vis, & universa, quæ pium
Decent, probantq; Principem.
Fac ut querela, Fratris è recentulâ
Oborta Morte, transeat
In omniforme gaudium; dein ferat
Nec Aula tale nuncium!
Huic supersit expetita Sanitas:
Nociva Pests exulet:
Reponat Hostis arma sanguinarius,
Ut ista nostra natio,

Solumq;

Solumq; Misnicum sub Huius imperi
Benigniore floreat
Quiete! Terra sit ferax, nec uspiam
Iniqua Bella sentiat!
O ista quando vota Numen haud sub
Sinit carere pondere;
Et ipse Dux, & eius Aula, Subditum
Et unversa gens Diem
Videbit hunc amoeniore sidere
Redisse. Tu sed interim
IOHAN-PHILIPPE, Dux Paterq; Patriæ,
Salute macte perpete!

Devotissimo ac Subiectiss.
animo

à
M. Iosepho Claudero, P. C.
& Scholæ Altenburg.
Rectore.



ULB Halle

3

004 973 682



TA 70L

10-17





h. 66, 26 - 28

In X

ILLVSTRISS
PRINCIP

Dn. IOHAN

Ducis Saxoniae, lu

Landgravij Thuringi

mitis de Marca

in Ra

*Faustissima gra
observa*



Excusa a

M



I,
m,

